

# Dedicatio

**P**Rimitias Tibi, Vir Illustriſ, offerimus laborum in nos non ita pridem ſuſceptorum; idque ſummo, quo Tibi Collegium noſtrum adſtringitur, jure. Ecquis enim alius prima ſocietatis noſtræ fundamenta poſuiſſe dici poteſt quàm Tu, qui celeberrimo noſtro **WEIGELIO**, Societatis auctori proximo, Dux & auctor primus ad hunc conatum extitiſti. Dici non poteſt, quoties ſummâ, ceu par utique eſt, laude celebraverit acutiſſimus Vir prudentiſſima, quæ de ſtudiis Academicis per artium civilium, ipſorumque corporis utilium exercitiorum, culturam, de que ipſis artibus per collegiorum, queis opifices conſtrunguntur, expediſſimam inſtructionem, provehendis, vel inter pocœnia coram Seren. Principe noſtro ſæpiùs ipſi ſuggeſſiſti conſilia, quæ Virum jam eò propendentem impulerunt, tum ut in eruendis novis ad vitæ civilis uſum maxime conducibilibus operibus, quorum Catalogum haud ita pridem edidit, ſtrenuè pergeret, tum ut artium civilium Ma-

a 2

trem